

## Band VI., Nr. 1807, Seite 201

*Schenk Konrad von Winterstetten erlässt dem Kloster Schussenried die vogteiliche jährliche Weizengült aus den vom Kloster dem Gerung von Zweifelsberg abgekauften Gütern in Olzreute.*

Winterstetten, 1265. April 8.

In nomine domini. Amen. Ad extirpandas quaslibet futurarum questionum actiones iusticie pia docet equitas, ut facta singulorum iuxta quod aguntur scripturarum testimonio conserventur. Nos igitur Conradus pincerna de Wintersteten memorie singulorum et omnium exponimus ac futurorum noticie recitamus scripto presenti publice protestantes, quod, cum venerabilis . . . prepositus et conventus monasterii de Sorech quarundam possessionum proprietates apud Ovlsruti sitas pro Gerungo de Zwivelsberc iusto et rationali seu legitimo emptionis titulo comparassent, de quibus nobis annis singulis due quarte tritici mesure de Walse nomine iuris advocaticii solvebantur ex debito, nos zelo caritatis sanctissime commoniti dictorum prepositi et conventus serviciis, quibus se nobis incessanter exhibent ac studiose, occurrere compensatione aliquanta cupientes ipsis easdem duas quartas tritici plene cum omni iure nostro remisimus traditione libera hoc eisdem dantes et conferentes quiete ac pacifice perpetuo possidendum. Ne autem hec caritativa donatio nostra prefato monasterio per quoscumque successores nostros infringi possit aut debeat, presens instrumentum sigillo nostro communitum eidem ad evidens indicium nostre donationis contulimus et cautelam. Huius rei testes sunt: Burkardus et Rū. fratres de Hunbrectesreît, Eber. de Salhenwilar<sup>1</sup>, Vlscaucus milites, Hainricus Scade, Hainricus et Eber. fratres de Salhenwiler, Bertoldus magister balistarum, Dietricus Hopelarius et alii quam plures.

Acta sunt hec apud Wintersteten, anno domini millesimo CC. LXV., VI. idus Aprilis, VIII. indictione, domino Clemente Romane ecclesie presidente et imperio tunc vacante.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An Leinenfäden das Ausstellersiegel, vgl. die Siegelbeschreibung z.B. zu Urkunde Nr. 1469 (WUB, Bd. V, S. 236).

<sup>1</sup>Sarchenweiler, vgl. Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart 1822-63, Jg. 1880, Suppl.Bd., S. 133.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 505 U 1066

**Überlieferung und Textkritik:**

Original, Papierkopie und deutsche Übersetzung.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Winterstetten

**Ortsindex:**

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)

Bad Schussenried, BC

Hummertsried Wohnplatz (17202)

Hummertsried, Eberhardzell, BC

Olzreute Wohnplatz (17083)

Olzreute, Bad Schussenried, BC

Sarchenweiler Wüstung (24060)

Sarchenweiler, Bad Waldsee, RV, W

Winterstettenstadt : Ingoldingen BC

Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)

Zweifelsberg Wohnplatz (17407)

Zweifelsberg, Mittelbiberach, BC